

ui tibi posuisti lacrimas meas in conspectu tuo.

**S**icut et in promissione tua. **T**unc conuertentur inimici mei retrorsum. **I**n quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es. **I**n deo laudabo uerbum in domino: laudabo sermonem: in deo speraui: non timebo quid faciat mihi homo. **I**n me sunt deus uota tua: que reddam laudationes tibi. **Q**uoniam eripuisti animam meam de morte: et pedes meos de lapsu: ut placeam coram domino: in lumine uiuentium. *Ne perdas uel corrumpas dauid: in tituli inscriptione cum fugeret a facie*

**M**iserere mei deus: mihi *saul in spelunca.* 56

**M**iserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

**E**t in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

**C**lamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.

**M**isit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

**M**isit deus misericordiam suam et ueritatem suam: